

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

10

1293, setembro, 12

testamento

*Testamento do chantre Pedro Ordóñez.
(Inclúe codicilo con data 14 de outubro)*

ACOu, Escrituras II, 33

(ed. M. B. Vaquero Díaz / F. J. Pérez Rodríguez, *Colección documental del archivo de la Catedral de Ourense*, II, 529-533, docs. 680 e 681)

Hec sunt debita que ego Petrus Ordonii cantor ecclesie auriensis debeo: Petro Villari homine domini regis ccc (...). Item Fernando (...). Item capitulo dc morabitinos de renda de terra de Inter Mineum et Arnogiam de anno preterito in festo Sancti Johannis primo preterito terminato. Item debeo (...) pecunie quam ego penitus ignoro et illud quod dicatur in veritate solvatur eis incontinenti. Item debeo de testamento Martini Fernandi quondam por(cionari ...) Petro Iohannis mercatori xc^a libras. Item Domenico Iohannis dicto de Rego et sociis suis x^a. libras minus x solidos. Item debeo capitulo in alia parte lxx morabitinos de casali de Soutobade de (...) anno x morabitinos.

Item hec sunt que *mihi* debentur: Primo debet *mihi* capitulum particionem de *Sancta Maria* de Sobruario que montat ccxxv morabitinos. Item particionem de *Sancta Maria* de augusto que montat ccxxv(...). Item aliam particionem de *Sancta Eufemia* que est de cl morabitinos. Item cc morabitinos quos (...) dominis Petri Fernandi Carraçedo (...)endas. Item debet *mihi* Domenicus Fernandi (...). Item Fernandus Pelaii canonicus l morabitinos. Item abbas Cellenove cccl morabitinos in una parte (...) in alia parte duas duplas. Item duas uncias argento. Item (...) quas cum eo habeo et dicat in sua veritate quot sunt. Item Fernandus Menendi porcionarius lxxxx morabitinos et unum ciphum argenteum (...)bus cl morabitinos. Item Martinus Iohannis monachus cuiusdem monasterii ccc solidos. Item Johanes Martini meus (...) cc morabitinos et vii solidos (...) quilibet morabitinos et (...). Item dominus Velascus scribanus de notario cl morabitinos super suis armis (...) de quibus sunt lxv libras de anno p reterito et lxx de presenti et teneo ego de ipso unum cipelum argenteum.

In nomine domini amen. Sub era m ccc xxxi, ii^e idus septembri, ego Petrus Ordonii cantor auriensis gravi egritudine constitutus compos temen mentis mee et integra mee sensus, ne post mortem meam super bonis meis oriatur aliquibus occasio contendendi de eis ordino et condo huiusmodi testamentum: in primis do et comendo animam meam domino meo Ihesu Christo et gloriose virginis matris sue et eligo *mihi* sepulturam ad ausidam Sancti Andree, et lego canonicas qui mee interfuerint sepulture cl morabitinos et lectum meum de corio cum duabus culcittis bonis, una de roxello et alia de penna, et cum duobus linteaminibus bonis et cum duobus plumaciis et cum duobus auriculatibus et duabus colchiis, una cardina nova et alia alba magna, et cum cithara

que fuit magistri Martini. Lego domino meo episcopo mulam meam cum sua sella et cum suo freno. Item quito ei mille morabitinos quos sibi mutuavi quando venit de curia romana. Item quito ei alios mille morabitinos quos ipse habuit de cantoria post quam fuit episcopus et dixit quod solveret eos mihi. Item mando capitulo hereditate *m* meam quam comparavi in Caneto et domum meam de vico Villaris que est ante domus Roderici Petri canon ici et faciant quolibet anno aniversarium in die obitus mei pro anima mea et distribuant inter se quidquid habere potuerint ex dictis possessionibus illi tantum qui ipsi aniversario interfuerint faciendo et illud quod de isto aniversario mando fieri illud idem mando de aliis meis aniversariis infrascriptis. Item lego clericis chori qui mee interfuerint sepulture 1 morabitinos Johani servienti meo qui mihi servit in camera mille solidos, et quito ipsum ab omni raciocinio maiordomatus. Verumtamen mando quod ipse det computationem veram et certam de omnibus que ipso ad opus mei extraxit et adhuc debet et totum solvatur per bona mea et stetur veritati sue super hec et veritati ecciam illorum a quibus ipse aliquid nomine meo extraxit. Item mando Johani Iohanis sobrino meo mille solidos. Johani de Saltu c morabitinos. Petro de Loyro c morabitinos. Fernando Iohanis furnario capituli c morabitinos. Domenico Clerico 1 morabitinos. Johani de Alerico 1 morabitinos. Johani Alvelo cc solidos. Petro azemelario cc solidos. Gunsalvo c solidos. Marine Cleriga c solidos. Stephano c solidos. Domenico qui custodit mulam c solidos. Marie uxori Michaelis Petri 1 morabitinos. Eadem Michaeli Petri cc solidos. Petro Cortinas cc solidos. Petro Martini qui custodit mulam c solidos. Johani qui custodit roncinum c solidos. Puer qui custodit asinum 1 solidos. Marie dicte Pantrigo c morabitinos. Orrace sorori sue c morabitinos. Eufemie et sorori sue, filiabus Petri Iohanis c morabitinos. Marie filie Marie Martini 1 morabitinos. Maiori Ordonii cc solidos et ceramem meum et garnachiam de valancina. Domenice de Ventrazes cc solidos. Item clericis qui non sunt de choro qui interfuerint sepulture mee xx morabitinos. Item mando in tribus terciis per annum ccc morabitinos fratribus predictoribus de Ripa Avie, 1 morabitinos pro pitancia. Fratribus minoribus c morabitinos pro pitancia. Fratri Petro de Porcaria 1 morabitinos pro una sagia. Fratri Petro Iohanis sobrino meo 1 morabitinos. Monasterio de Boveda c solidos. Monasterio de Lobaces c solidos. Monasterio de Sadur c solidos. Monasterio de Porcaria cc solidos. Monasterio de Grou cc solidos. Et lego Martino Ordonii fratri meo domos meas in quibus moror, quod habeat eas et possideat in vita sua et ad mortem eius remaneant capitulo et det ipse quolibet anno de dictis domibus in vita sua unam candelam, unam libram de cera continentem ecclesie Santi Andree de Rante. Item mando Tharasie Ordonii sorori mee vineam meam de Lacuna et domos meas de Rante quod teneat eas et possideat in vita sua et ad mortem eius remaneant capitulo et mando quod capitulum faciat quilibi anno anniversarium pro anima mea tercia die ante festum Sancti Andree et dividant inter se quidquid hi? potuerint de domibus et vinea supradictis. Item lego Fernando Iohanis et Domenico Martini et Johani Martini filio Martini Ordonii sobrinis meis casale meum de Curralibus et duas leyras vinearum quas comparavi in Gurgulione, quarum una iacet inter vineas successionis et alia super viam que venit de Sancta Leocadia, quod teneant hec omnia supradicta in vita sua et altero eorum mortuo superstitos sive superstos succedant in dicto casali et vineis quibus omnibus defuntis casale et vinee ad capitulum devolvantur et faciant annuatin aliud aniversarium pro anima mea sequenti die post festum Sancte Marine et dividant inter se fructus et proventus qui ex dicto casali et vineis provenerint, et quito Petro Velasci de Ambia alumpno meo canonico auriense quidquid ipse mihi debet tam per instrumenta quam sine instrumentis et non valeant instrumenta. Item lego Fernando Iohanis sobrino meo c morabitinos. Domenico Martini c morabitinos. Johani Martini c morabitinos. Laurencio Iohanis 1 morabitinos. Domenico Louredo c solidos. Marine famule Tharasie Ordonii c morabitinos. Item mando episcopi Sancti Martini partem meam que mihi evenerit in bonis et possessionibus hominum a civitate eiettorum mille morabitinos quos mei solvi. Item mando episcopo casale meum quod habeo in filigresia de Mizquita in loco qui dicitur Veyves. Item mando vi annalia de misis sacrificii pro anima mea celebrari et mando quod executores mei testamenti faciant ea in primo anno celebrari, de quibus duo mando celebrari in monasterio de Porcaria et alia duo in monasterio de Grou et alia duo in monasterio Sancti Petri de Rupibus, et rogo priores ipsorum monasteriorum quod faciant ea bene celebrari. Et mando Michaeli Iohanis canonico 1 morabitinos pro suo labore. Fernando Covelas cc solidos, et mando quod si aliquod instrumentum per quod idem Fernandus mihi in aliquo teneretur detur ei et non valeat. Item mando officiarium meum ecclesie beati Martini et sit senper experto cantoris. Lego Johani filio

Fernandi Aprilis I morabitinos. Roderico Aprilis I morabitinos. Menendo Ordonii cl morabitinos. Lampadi que est ante crucifixum ecclesie beati Martini x solidos. Lampadi Sancte Marie de Recia v solidos. Omnibus aliis lampadibus civitatis que provisionem non habent cuilibet v solidos. Leprosis c solidos. Petro Velo c solidos. It em lego ei unam leyrunculam que iacet subtus campum ecclesie de Rante. Et mando Sancte Marie de Rupe Amatoris c morabitinos et mitantur sibi per hominem securum. Lego executoribus mei testamenti singulos ciphos argenteos. Lego in oblacione cotidie usque ad unum annum ii solidos in pane et vino. Et mando quod si aliqua mea debita emerserint cum veritate que hic scripta non sint solvantur per bona mea. Lego confraternitati Sancti Martini xx solidos. Et quito, libero et absolvo omnes illos qui aliquid de meo tenuerunt et habuerunt racione maiordomatus excepto Laurencio quem non quito quousque reddat rationem et computacionem de hiis que detenunt. Et si bonam reddiderit rationem et computacionem sit liberatus alias non. Lego Laurencio Fernandi cc solidos. Item Petro Garsie clericu palium meum et garnachiam de bruneta. Martino Martini presbitero pelote meu m de bruneta novum. Capelle Sancti Andree librum meum Emanualem et nunqua ab eadem capella amoveatur. Et capellanu qui pro tempore dictam capellam tenuerit habeat me in suis oracionibus super altari ad dictum contendatum. Et instituo heredem in bonis meis Tharasiam Ordonii sororem meam, et constituo rectores et completores huius mei testamenti et mee ultime voluntatis Petrum Velasci de Ambia canonicum auriensem alum pnum meum et Martinum Ordonii fratrem meum qui compleant mea debita et legata per bona mea sine dapno suo. Et volo et mando quod ipsi exigant et recipient omnia que mihi debentur et que ego habeo et habere debeo tam mobilia quam immobilia et omnia sint in potestate sua quousque mea debita et legata plenarie sint soluta. Et si forte heres mea vel aliquis aliis ex parte mea vel aliunde ipsos in aliquo impedire voluerit vel turbare vel istud meum testamentum et meam ultimam voluntatem in aliquo infringere temptaverit ipso facto amitat quidquid sibi legatum est. Presens testamentum nichilominus robur obtineat firmitatis. Testes qui ad hec omnia supradicta vocati et rogati presentes fuerunt Johanes Iohannis et Domenicus Iohannis capellani ecclesie Trinitatis. Fernandus Petri clericus chori, Petrus Fernandi et Martinus Fernandi et Petrus Martini et Domenicus Petri presbiteri, Fernandus Pelaii dictus de Covelis, Alvarus Iohannis.

Ego Michael Iohannis canonici auriensis et cancellarius eiusdem civitatis hiis omnibus premissis interfui et rogatus manu propria scripsi signumque meum apposui in testimonium veritatis.

Ego Petrus Ordonii cantor auriensis condito meo testamento et herede ac executoribus institutis volens facere codicillum et addere, detrahere et diminuere legatis in meo testamento contentis, lego Therasie Ordonii sorori mee ccc morabitinos, qua pecunia ratione heredis reputet sit contentam et ad alia bona mea postquam ad ea que sibi sicut legata cum meo testamento sit amplius non extendatur. Et volo et mando quod solutis omnibus meis debitibus et legatis quidquid residuum fuerit in bonis meis mobilibus totum iuxta arbitrium et dispensacionem executori mei testamenti per omnia mea pauperibus erogetur et secundum quod ipsi peonis fecerint ita remunerentur a domino Ihesu Christo. Et si aliquis ex parte mea vel aliunde meum testamentum et istum codicillum in aliquo infringere temptaverit amitat quidquid sibi legatum est et voci regie d morabitinos bone monete de pena solvere teneatur, testamento meo et isto codicillo nichilominus in suo robore existentibus. Cetera omnia que in meo testamento continentur volo et mando rata et firma monete. Acta sunt hec ii^o idus octobris, era m ccc xxxi. Testes qui presentes vocati et rogati fuerunt Munio Fernandi porcionarius, Domenicus Iohannis presbiter chori, Johanes Petri mercator, Domenicus Iohannis capellanus Trinitatis, magister Petrus.

Ego Michael Iohannis canonici auriensis et cancellarius eiusdem civitatis his omnibus predictis interfui et rogatus scripsi signumque meum apposui.

Hoc est transumptum testamenti dicti domini cantoris auriensis confecti per manum Michaelis Iohanis canonici auriensis et cancellarii civitatis eiusdem eiusque signo signatum, quid transumptum de verbo ad verbum fideliter ab ipso originali sumptum et cum eo in omnibus concordatum, nichil addito vel minuto quid sensum variet vel minuat intellectum.

Ego Johanes Petri auriensis auctoritate sacrosancte romane ecclesie publicus et nunc notarius auriensis fideliter transcripsi et huic transumpto signum meum solitum apposui, in era m ccc xxxi, iii^a die mensis decembris intrantis.